

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Supremum Pietatis Officium, quod Viro Nobilissimo,  
Amplissimo Atque Excellentissimo Dn. Samuli Schallesio,  
Eloquentiae In Inclyta Universitate Patria Argentoratensi  
Professori, Et Gymnasiarchae ...**

**Schalles, Samuel**

**Argentorati, 1676**

"Supremum pietatis officium [...] Dn. Samveli Schallesio [...]"

[urn:nbn:de:bsz:31-135441](#)

77.

*Supremum Pietatis Officium,*  
quod VIRO  
**NOBILISSIMO, AMPLISSIMO**  
**ATQVE EXCELLENTISSIMO**

**DN. SAMVELI SCHALLESIO,**  
ELOQVENTIÆ IN INCLYTA UNIVERSITATE  
PATRIA ARGENTORATENSI PROFESSORI,  
ET GYMNASIARCHÆ CELEBERRIMO, &c.  
Patrono suo, de se præclarè merito,  
*Die funeris, qui erat IV. Nonarum Octobrium*  
*Anni M. DC. LXXVI.*  
ut esset observantiæ suæ ad posteros monumentum,  
grati persolvere studuerunt,

GYMNASII ARGENTORATENSIS COLLEGAE.

---

**D**ulcita quòd planètū reboant, quod triste Cathedras  
Nescio quid resonare docent, totique Lyceo  
Quòd luctus, quòd pallor inest, quòd nænia longe  
Auditur, puerique rigant quod fletibus ora;  
Si quisquam miratus avet cognoscere causam,  
Hanc discat, dignum & fieri, dignumque doleri  
Protinus ut cattim cognoverit. *Amplius idem*  
Desinet has, molles veluti, damnare querelas.  
Heu! nostræ Rex ante Scholæ SCHALLESIUS, ante  
Eloquii, Latiaeque decus, Lux, gloria linguæ  
Obtivit, suadâque potenti desit uti!  
Desit & nostros Ille idem invisere cœtus,  
Discentumq; choris, cathedrisq; præesse Docentum, &  
Nunc illis animos, his adspirare favorem!  
Nam, ceu vere novo si quando rosaria flores  
Protrusere, solent Zephyri spirantis ab aurâ  
Latius hi totis agris diffundere odorem:  
Sic nostræ areolæ, quoties Ille adfuit author  
Duxque bonus studiis, quotiens interfuit horto,  
De tenero gratum sparscrunt flore vaporem  
Latius, & toto penitus nituere decore.  
Non doleant igitur, non pulpita nostra querantur?  
Supremi non grata Virum venerentur honoris  
Officio, & luctus eadem testentur, inanes  
Quamlibet & vanos? quibus ut non fata morari  
Posse datum; pietatis erunt tamen utique testes,  
Et sparsos cineres, & molliter ossa fovebunt.  
Ergò vale, Rex ante Scholæ sic denique nostræ,  
SCHALL ESI, placideque cubâ, dum buccina cœlo  
Personet, & nitido ad vitam revoceris honore!

---

Argentorati, Literis Spoorianis.